



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Regula I. Mulier bona, pars bona, dabitur Viro pro factis bonis. Eccl. 26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935



PARS II.

Completitur Regulas Salu-
monis magis necessarias pro ho-
mine erga alios se bene re-
gendi.

ARTICVLVS PRIMVS

*De Regimine sui erga propriam
uxorem.*

REGULA PRIM A

*Mulier bona, pars bona, dabitur tibi
pro factis bonis. Eccl. 26.*

PARAPHRASIS.

*Mulier virtuosa est magna felicitas,
prærogativa grandis. Hoc est primus
& gratiosus donum, quod Deus
hac vita dat illis qui eum timeant. Ne
spera id obtinere per tuos conatus,
sonare mereri per tuas actiones, ut
nam habeas mulierem.*

REFL

REFLEXIO.

Mulieres virtuosæ & prudentes non sunt ita raræ uti opinamur; Raritas & difficultas est illas benè cognoscendi & distinguendi inter alias. Si es in statu unam ex illis quærendi, non confidas tuæ prudentiæ. Non habebis unquam sufficiens lumen de ea judicandi, quæ pro te quadrat, sed è contra potes habere sufficientem devotionem eam promerendi. Non præsumas talem bonam eligere, sed roga Deum, ut tibi illam largiatur.

Dum verò unam accepisti, & actualiter possides, non te redde indignum illam conservandi. Si indignaris mulieri innocenti, & quæ te amat, non illam diu possidebis, vel enim mors citò vos separabit; vel quòd tu maximè timere debes, ipsa morietur coram te, & non nisi pro pœna simul vivetis.

REGULA SECUNDA.

Mulieris bona, beatus vir; numerus enim annorum illius duplex.

Eccl. 26.

H

PARA-

Faint handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'Omnis'.

